



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtutes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lugduni, 1663

Cap. 4. De Interdicti causis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](#)

298 Theologiæ Moralis. Liber LII.

Non sit. Quia hic non est Sacri Ordinis actus.
Si sponsis benedicat, aut Baptismi sup-
pleat solemnitates. Henriquez l. 1. 3. c. 47. n. 11.
Suar. d. 3. 4. s. 1. 5. n. 15. & 21. Filluc. tr. 1. 8. n.
59. Syluest. v. Irregularitas, q. 1. 3. Bonac. d. 5. pun.
7. num. 8.

38 Coram interdicto celebrans, non incurrit

De Clerico irregularitatem. Quia huiusmodi pena in iure
celebrante non extat. Clericos autem communicantes cum
coram in- terdicto, & nominatis interdictis in rebus, à quibus sunt
terdicti, mortaliter peccat, vt si coram illis
cum eodem celebret, vel illos ad diuina officia admittat,
communi- cante.

Coram interdicto celebrans, non incurrit
irregularitatem. Quia huiusmodi pena in iure
non extat. Clericos autem communicantes cum
nominatis interdictis in rebus, à quibus sunt
terdicti, mortaliter peccat, vt si coram illis
cum eodem celebret, vel illos ad diuina officia admittat,
vel ad sepulturam, vel ad Sacra menta. Imo si
Clericus quamvis exemptus ab ordinaria iuri-
dictione, celebret coram illis, aut admittat
excommunicatos publicos, vel interdictos ad
diuina officia, seu Sacra menta, aut Ecclesiasti-
cam sepulturam, interdictus ab ingressu Eccle-
siæ, donec ad arbitrium illius, qui interdi-
ctum tulit, satis faciat. Et hoc verum, non so-
lum de Clericis celebrantibus, sed etiam de
Clericis habentibus regimen Ecclesiæ, per-
mittentibus, huiusmodi interdictos diuina offi-
cia audire. Filluc. tr. 1. 8. n. 57. & 147. Aula
disp. 5. dub. 4. S. v. Interdictum. Sayrus l. 5. c. 1. 4.
n. 11. Nauar. summ. c. 25. n. 94. Suar. d. 3. 4. s. 1. 1.
numer. 29.

39 Communicans cum interdicto in rebus hu-
De commu- manis, non peccat. Quia interdictum prohibet
nicare cum tantum diuina officia, Sacra menta, & sepultu-
n- ram. Si aliter non est peccatum, communica-
in humani, re cum interdicto non denuncato nominatio-
& de bl- nati, vt patet ex Concilio Constant. Vnde nemo
gati n fer- tenet feruare interdictum latum à iure, vel
nād inter- ab homine, nisi fuerit promulgatum à Iudice
dictum. specialiter, & expreßè contra certam aliquam
personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiæ,
aut locum. Sayr. l. 5. c. 12. n. 2. & 24. Extraag.
Ad evitanda scandala.



CAPVT IV.

De Interdicti Causis.

40 *Causa effi- ciens inter- dicti.* AVSA efficiens, à qua scilicet in-
terdictum fieri potest, est illa ca-
dem, que alias Censuras ferre va-
let, vnde in primis Summus Pon-
tífex potest interdictum ferre.



Deinde Episcopus etiam sine Capitu li consé-
su. Quia consuetudine est iuri antiquo deroga-
tum. Tertio Religionum Praelati. Qui tamen
non possunt interdictum locale ferre, licet pos-
sint personale. Quia horum iurisdictio potius
in personas, quam in locum exercitur. Suar. d.
36. s. 1. Nauar. summ. c. 17. n. 168. Filluc. tr.
18. cap. 1.

41 *Causa sub- sequitina.* Subiectum interdicti personalis sunt homi-
nes, in quos iurisdictionem externam spiritua-
lem potestis, qui fert interdictum, exercere.
Hinc omnes personæ, que excommunicari
possunt, poterunt etiam interdicti, quantum est
ex parte personæ, si reliqua confluant, id est,
caula, iurisdictio sufficiens. Quia ex parte fide-
lium eadem est capacitas ad quacumque Cæ.

suram. Iure tamen est statutum, vt Episcopi in-
terdicti non valeant per sententiam, seu gene-
rale legem, per quam interdicuntur omnes,
qui hoc, vel illud commiserit delictum. Præterea
secundum ius non solum particulares personæ,
sed etiam Communities possunt interdictum
quo etiam differt interdictum ab excommuni-
catione, & cum suspensione conuenit. Ex quo
patet, interdictum personale, aut locale ferri
posse à Summo Praefule etiam in totum obtem-
& etiam à Concilio Generali, Sede vacante;
quoniam moraliter loquendo, non videatur
posse iusta adesse causa, ad interdictum vniuer-
sale ferendum. Similiter tota Diœcesis co-
cumque Episcopi potest ab eo interdicti, non
tantum diuisive quæcumque pars eius, sed etiā
collectiū simul tota, sufficienti causa acciden-
te. c. Quia periculosis de sent. excomm. in 6. Fil-
liuc. tr. 18. n. 21. Syluest. v. Interdictum; Suar. d.
36. s. 1. 2. & n. 1.

42 *Causa na- terialis.* Materialis causa est culpa. Et quidem in-
terdictum personale speciale non potest in ali-
quem fieri nisi ob propriam culpam eius, quæ
necessum est esse mortalem, si interdictum sim-
pliciter, & absolute feratur. Posset autem ve-
nialis sufficere, si interdictum nimis limitatum
ac leue imponetur. Interdictum vero perso-
nale generale longe graviorē causam, seu
culpam requirit, quam speciale: non tamen
eam exigit ex omnibus personis, quæ tali in-
terdicto illigantur sed in corpore morali, vt ta-
le est, vel in magna parte personarum eius, vel
in capite. Porro interdictum locale generale,
vt iuste feratur, requirit causam gravissimam,
que non solum peccatum lethale continet;
sed etiam si generalis ex peccato aliquo mo-
do publico, seu communī procedens. Unde
celestis est, vt tale delictum sit ipsius Principis,
seu Gubernatoris, aut totius Communis.
Caterium interdictum localē particulare etiam
requirit culpam grauem, & aliquomodo com-
munem, quamvis minorē, quam interdictum
generale. Demum causa Finalis interdicti est
resipientia, ac emendatio delinqüentis. So-
rius disputatione 36. sectione 1. numero 1. Nauar.
capite 27. numero 68. Cuorunnias ad Cap. Al-
ma, parte secunda, Paragrapho primo, numero
4. & 5. Syluest. verbo Interdictum, 3. que-
stione 5.



CAPVT V.

De interdicti relaxatione.

INTERDICTVM latum pro
delicto pure præterito, abique
villa adiecta conditio n. 1, qua nec
pendeat ex voluntate eius, abficio
qui interdictum, & abique quando in
temporis limitatione, auferri
non potest nisi per relaxationem, aut ab-
solutionem Superioris habentis potestatem:
sive ille sit, qui illud tulit, vel eius Su-
perior, vel alias habens facultatem delega-
tam. Quando autem fertur interdictum,